Bello Punico secundo Syracusas Marcellus, Romanorum dux, facile expugnavisset, nisi tunc in urbe Archimēdes fuisset, peritus mathematicarum artium, caeli siderumque clarus spectator atque mirabilis inventor bellicorum tormentorum. Adversus[1] *navalem Romanorum apparatum Archimēdes multa et varia tormenta in moenibus disposuit ut oppidani et in hostium naves, quae extra portum erant, saxa ingentia emittĕre possent et eas (naves), quae portum occupabant, crebris telis iacularentur. Praetereĕa, cum naves ad moenia accedĕrent, ferrea manu*[2] *tollebantur atque cum ingenti nautarum trepidatione in saxa proiciebantur. Itaque Syracusani propter Archimedis ingenium maritimam Romanorum oppugnationem per triennium elusērunt. Sed is, cum Romani Syracusas expugnaverunt, necopinatam mortem invēnit. Nam Marcellus, qui Archimedis famam bene novĕrat, cum eum secum Romam ferre vellet, ut milites ei parcĕrent imperavit, sed Archimedes a milite, qui eum non agnovĕrat, interfectus est.*

1. *adversus* ha funzione di preposizione con l'accusativo. **2.** *manus* ha qui il significato di "uncino".

▶ Proposte di aiuto

r. 4 Attenzione alla correlazione "*et... et*".

r. 7 *saxa*: visto che siamo in mare, *saxa* andrà reso con "scogli".